
1233.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

4°

No. 1233.



= LN 1190

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

1233.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

1233.

IDYLLION DE

CORDIS HVMANI PRESSVra, & anxietate, quâ miſera piorum in hac præſenti vita conditio συμβο-λικῶς exprimitur,

Scriptum

à

IOHANNE NICOLAI ASLOENSIS
& Hammarenſis Diœceſeon Superintendente.

ROSTOCHII
Excudebat Stephanus Myliander.
ANNO
∞ IↃ XIVC.

Egregio docto ac probo viro Jacobo Olao Alno Schola Vangiæ in Hedmarchia Rectori fidelissimo suo amico charissimo dono misit honoris ergo ·I·N·A· Die 18 Junij Aº 1586

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

D. AVGVSTINVS.

Pſal. XXXIX.

NEMO SIBI PROMITTAT, QVOD EVANGELIVM NON PROMITTIT. NON NOBIS PROMITTVNT SCRIPTVRÆ NOSTRÆ IN HOC SECVLO NISI TRIBVLATIONES, PRESSVRAS, ANGVSTIAS. AD ISTA NOS PRÆCIPVE PAREMVS NE IMPARATI DEFICIAMVS.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

1233.

2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

HVMANISSIMO VIRO, DOctrina pariter & virtutibus eximiè decorato, DN. IACOBO IACOBI, Scholæ Aſloenſis in Noruegia Rectori fideliſsimo, ſuo genero & amico chariſsimo.

I. N. A.

AOnij dudum ſitiens ſacra pocula fontis,
Hæc peramande tibi carmina mitto gener
Quæ Latias inter cecinit Themis alma ſorores,
Ocia ſecreti dulcia ruris agens.
Tempore quo lapſu Heſperias ſe miſit in vndas
Crus matutino Bellerophontis equi.
Poſt ter quingentos annos ſeptemq; decemq;
Luſtra inde à cunis Maxime Chriſte tuis.
Hîc vbi VVollini campos citus irrigat amnis,
Atq; ſuburbani iugera læta ſoli,
Impiger Asloicis quâ ſeſe mœnibus infert,
Eoa veniens parte viator ouans.
Et videt accliui munitas aggere turres,
Quà ſubit occiduas ~~Phœbus ephebus~~ aquas.

Parrha-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

1233.

Parrhaſiæꝗ notat rutilantia virginis aſtra,
  Sex fermè decies inde remota gradus.
Forſitan Auſonio miraris ludicra verſu
  Me narrare tibi, tritaꝗ verba loqui,
Tu chordas fruſtra tenues pulſaueris, inquis,
  Huius erit cantus gratia parua tui:
Cum nullo faciles iam ſint in honore Camænæ,
  Et iaceat fracta triſtis Apollo lyra.
Quis cupiat reti ventos, captare volucres,
  Æquoreumúe truci littus arare boue?
Numinibus (concedo quidem & tibi largior iſtud)
  Hoc æuo caſtis rarus habetur honos.
Spretus ab impuro luget ſacer agmine myſta,
  Cyrrhæiꝗ comes cultor honorꝗ gregis.
Turba rudis ſanctas caperata fronte puellas
  Damnat & his nares criſpat acuta cauas.
Inꝗ pios vates crebro conuicia fundit,
  Aſpera vel demens ludificatur eos.
Quo velut offuſis tenebris ſpolientur honore,
  Ac ignominiæ damna probroſa ferant.
Quin etiam videas hos faſtidire frequenter,
  Quos veſtit celebres infula ſacra viros.
Ardua facundo ſignare negocia verſu,
  Creditur à multis irritus eſſe labor.
Ergóne ceſſabunt dociles Heliconis alumni,
  Imparibus numeris facta referre virûm,
Quos decus Ambroſium, quos gloria nobilis ornat
  Iugiter & magna commoditate beat?
Non ita: ſed molli calamo diducta ſubinde,
  Vatibus altiloquis metra modoſꝗ probent.
Semper & ardenti bene complectantur amore,
  Atꝗ trahant faciles in ſua vota Deas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

Nam non Hyblæi modo nectaris inſtar earum,
Sydereus niueo ſtillat ab ore liquor;
Sed creber quoque diuini modulaminis vſus,
Diuitias & opes delitiasque parit,
Sunt etenim dulces fructusque ferunt peramænos,
Fontigenæ, doctis numina chara viris.
Me licet aſsiduus labor vrgeat atque fatiget,
Debilitetque piæ relligionis onus.
Attamen haud ſegnis ſtudia intermiſſa retento,
Caſtraque Muſarum nunc opulenta ſequor:
De quibus ampla mihi gratæ meditatio mentis
Iudicijque tui ſpes melioris adeſt.
Quando venuſtarum conceſſa per ocia blandis
Tute moues Charitum plectra ſonora modis.
Sæpius & curas prædulci carmine mulces,
Carmine, quod vena limpidiore facis.
Quos igitur gracili modulamur arundine cantus,
Auribus hos placidis concipe quæſo gener.
Fac animo luſtres ac lumine quicquid adumbrat,
Hæc picturatis pagina noſtra typis.
Inuenies aliquid curis quod fortè legentem
Nonnunquam grauibus te releuare queat.
Pectoris & motus vera pietate flagrantes,
Poſsit amabilibus rite ciere modis.
Lætitiam mæſto ſacer halitus ille profundens
Sufficiat vires & mea cœpta iuuet.
Quo ſine frigeſcit ſtudium, labor omnis, & omnis
Mentis & ingenij vis perit atque vigor.
Cernis vt incenſum flãmisque ſequacibus ardens,
Cor oneroſa graui machina mole premat?
Symbolon hoc vitæ cauſas ortusque obitusque
Signat & inſtabili conditione vices.
Plurima

Plurima quam ſubigunt, & morti ac mille periclis
    Expoſitam torquent excruciantq́ mala.
Scilicet igneſcens odium, trux ira, ſimultas,
    Opprobrium, luxus, tetra libido, gula.
Pauperies humilis, labor & cruciatus, & horror,
    Exilium, morbi, cura ſeuera, dolor.
Liuor edax, ſcelerata lues, & faſtus inanis,
    Sannaq́ ſcurrili futilitate nocens.
Quin fraudis vicium graue perfidiæq́ latentis,
    Et mundi & Sathanæ turbo, procella, furor,
Ac reliqua horribilis, comes importuna, Gradiui,
    Quæ Bellona ferox damna ciere ſolet:
Deniq́ mortis onus rigidæ, quo preſſa fatiſcit,
    Vis cordis labens & citò vita fugit.
Cor etenim ſedes vitæ eſt, quam nutrit alitq́
    Et fouet è tenui flamma vapore vigil.
Hæc ſi deficiat, certiſsima cauſa ruinæ eſt,
    Viuus enim cordis tunc vigor omnis abit
Ipſaq́ vis animæ prælustris, cælitus ortæ,
    Inſpirata homini, corde rigente, perit.
Cor & natiui fons eſt & origo caloris,
    Cor blandus fomes artis & ingenij.
Cor odij radix & amoris, & organon, in quo,
    Triſtis amaricies vitaq́ morsq́ latent.
Hæc ſibi ſuccedunt vel ſe potius comitantur,
    Mutuò & alternant ſorte trahente vices,
Lætitiæ mœror, dulcori triſtis amaror,
    Lurida ſed vitæ mors ſolet eſſe comes.
Cor planè ſtygij domus eſt Adytonq́ tyranni
    Deforme, & vitijs regia dira ſcatens:
Illius affectus ſi non moderamine iuſto,
    Spiritus æternus temperet atq́ regat.

Terti-

1233.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

Terrificis etenim Sacrati numinis exors,
  Palpitat in tenebris, nec bona vera videt,
Vt pote cui dirus princeps ardentis Auerni,
  Sufficiat vires ad ſcelus omne ſuas.
Splendida rurſus idem virtutum eſt aula Deiq́
  Manſio grata pij cor probitate nitens,
Si præſtò ſacer halitus huic opis adſit egenti,
  Nec miſero auxilium ſubtrahat ille ſuum.
Cor eſt lætifica plenum dulcedine, cuius,
  Ætherei fibras flaminis aura mouet.
Aſt in felle ſitum eſt & acerbo cor in aceto,
  Incola lethiferæ quod Stygis ille regit.
Cui cum maxima pars hominū ſacra vitat & almos
  Contempto, peragat, numine, læta dies.
Cordaq́,ſponte ſua, patulas & præbeat aures,
  Exlex, cæca, furens, in ſcelus omne ruit.
Id quod crebra docet nos experientia & vſus,
  Aſsiduo inquirens lumine cuncta ſagax.
Compita, templa, ſcholas & conciliabula & aulas,
  Aſpice cum paruis grandia tecta caſis.
Quid præter faſtum redolent, infandaq́ ſtupra,
  Horrendas cædes, ingluuiemq́ tetram.
Aſpice progeniem claram Iouis altitonantis,
  Titillat fragilis pectora cuius honos.
Vt ſibi blanditur? quaſi ſola ſit aurea mundi
  Lux, facieſq́ nimis pulchra, ſerena, decens:
Quam complectatur ſolam pater ille ſupremus,
  Ac molli foueat lacteoloq́ ſinu.
Præ reliqua turba (quæ nil niſi putris abortus)
  Et fimus & fumus fexq́ putatur olens,
Ni ſcelerata, ſit & bene ſtridula, ni ſit adulans,
  Aduerſuſq́ pios corda ſuperba gerat.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

1233.

Hæc licet effuſo, placeat ſibi, ſplendida, luxu
    Ipſa tamen quondam vile cadauer erit,
Vile cadauer erit, fœdis & vermibus eſca,
    Quin Phlegetontæo ſordida præda duci.
Nam Deus eſt ſcelerum vindex, ſua præmia rectis
    Haud deerunt, veræ nec pietatis honos.
Auribus hæc cupidis ſi non haurire pigebit
    Eloquar experto quæ mihi nota ſient.
Poſtquam me pietas, ſummi, diuina parentis
    Quo fungor voluit munus obire ſacrum
Nil magis exopto quàm vt quæ mea functio poſcit
    Iurata conſtans exequar illa fide.
Et mea legitimè quia iuſta negocia cœpti
    Propoſitiq; tenax vrgeo ſæpe mei.
Ah quoties feriunt hoc tela volantia pectus
    Tincta venenatis peſsima tela dolis,
Inuidia, ſathanas, onerat me, obſeruat & odit
    Mundus & hoc diris deuouet vſq; caput
Gaudet & impenſè miſerum nil tale merentem
    Sæpius hoſtili me petijſſe manu.
Quin ſacris addicta cohors malè ſana cachinnis
    Geſtit, & argutis ſæpe proterua iocis.
Nil moror hæc, mihi Chriſtus enim ſaluator Ieſus
    Dulce leuamen erit, ſpes, medicina, ſalus.
Quo fretus dudum vani ludibria mundi
    Et ſathanæ didici temnere rite dolos.
Inſidias licet vſq; truces paret atq; latentes
    Turba nefanda, nihil proficit illa tamen,
Nanq; Panomphæi miſeratio magna parentis
    Cum me conſueta pro bonitate iuuet:
Certa mihi ſpes eſt, alijs qui retia nectunt
    Hos ipſos laqueis poſſe perire ſuis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

Miſceat ergo iocis & compleat omnia riſu
    Agminis impietas ingenioſa mali:
Intemerata fides & vero conſona virtus
    Haud metuit nugas vaniloquosq́ ſonos.
Quid mirum ſi aduerſa gerens inimicaq́ cordi
    Corda pio rudis ac ſtridula turba crepet,
Cum ſpecioſa etiam virtute ac arte celebres
    Spectatiq́ viri ſæpe proterua ſonent,
Exagitentq́ bonos: ſed tu ſuprema poteſtas
    Mitis ades cordis viuida vita mei.
En oculos ſupplex & mentem & cor animamq́
    Cum manibus fidis ad tua templa leuo.
O Deus hunc ſtabili mundum qui lege gubernas,
    Et ſancto comples numine cuncta tuo.
Qui ſapiens renesq́ probas & viſcera noſtra,
    Et rerum fingis quicquid vbiq́ viget.
Corporis ac animi noxis morbisq́ medendo
    Cor rectum, ſolers ipſe refinge mihi.
Quod micet ardentis plenum viuiq́ vigoris
    Et ſceleris purum flagret amore tui
Flagret amore tui, vitijs & prælia diris
    Inferat, atq́ tibi ſpemq́ fidemq́ probet.
Hoc regat & foueat pectus ſpirabile numen
    Chriſti, & in hoc habitet pacis amicus amor.
Cordi ſi quid ineſt, (vt ineſt multum) vitioſæ
    Sordis ei lymphis ablue Chriſte tuis:
Purius vt niteat quàm lentis ignibus auri
    Argentiue diu maſſa recocta nitet.
Sit procul hinc fucus fallax, & ſcommata, & atræ
    Subdola perfidiæ flagitijq́ nota.
Sit procul omne nefas, anceps quod terror & error
    Parturiunt, faſtusq́ ambitione tumens.

Nno

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

Non, vbi ſancta fides, bona pax, diuûmq́ꝫ verenda
Relligio, miti cum pietate vigent,
Non inquam crudele nefas ibi nec ſceleratus
Verſicolorq́ꝫ locum faſtus & aſtus habent.
Sed quia præſentis vitæ eſt ſors aſpera, quando
Noſtra tument cunctis tempora fœta malis
Vel Deus ætherea ſtatuas precor arce clientem
Me procul inſidijs peſtiferaq́ꝫ lue,
Sordibus vt mundi liber cœleſtis honores
Mirificos, adyti conſpicer vſq́ꝫ tui;
Vel ſine criminibus, ſine rixis atq́ꝫ tumultu
Tranquilla mentis des mihi pace frui.
Donec in his terris vitæ fugitiua cadentis
Carcere corporeo tempora vinctus agam.
Et cum connubij ſis fautor & autor honeſti
Fac ſubeat thalamos nympha pudica meos
Nympha pudica pijs prognata parentibus ANNA
Cui Aglaia decens nomina clara dedit
Hæc mihi læticiæ (neq́ꝫ enim me nomen & omen
Fallit) erit dulcis, te mihi dante, comes.
Et probitate ſua curas mihi Læta moleſtas
Leniet ac verbis officijsq́ꝫ pijs
Viuat Læta mihi ſociali fœdere iuncta
Et peragat lætos ambroſiosq́ꝫ dies
Fæminei lumen ſexus, virtutis auitæ
Gloria, ſplendor honos, eximiumq́ꝫ decus.
Hæc precor, his votis ſuperûm rex annue noſtris
Auſpice quo Lætis, tempora læta fluunt.
Quæ mihi ſi dederis promptus ſacra verba tuebor
Perpetua conſtans & tua iuſſa fide.
Ac nomen numenq́ꝫ tuum venerabor & vſq́ꝫ
Laudibus æternum te celebrabo Deum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

Hæc licet imparibus numeris & forſan agreſti
    Conſignata ſtylo conſule quæſo boni.
Et tu Rectori ſupplex Iacobe ſupremo
    Vota ſcholæ Rector funde preceſq; Deo:
Caſta cui pietas cui virtus inclyta cordi eſt,
    Perplacet & ſanctus cum pietate pudor.
Quemq; Meduſæi clariſsima numina fontis
    Ter tria delectant Leucadiuſq; Deus
Et Dryades Nymphæ, Vallonia, florida Chloris,
    Pallas, Amor, Charites & Iocus atq; Cypris,
Cypris honeſta ſacri nutrix, & mater Amoris
    Et thalami caſti connubialis Hymen
Vt faueat nobis bonitas diuina precare
    Semper, & vt noſtris rebus adeſſe velit.
Noſtraq; longæua cum proſperitate ſecundet
    Et læti ac liciti gaudia læta thori.
LÆTA ſuo tales noua nupta in pectore flammas
    Concipiat quales hoc cor amoris habet.
Longaq; Cumææ viuat mihi ſecula vatis,
    Et recte valeat, tu quoq; viue, vale.

Aduerſus Calumniam

ὑπερασπιστὴς.

I. N. A.

CAllida & inuictis exoſa calumnia Diuis
    Cur homini obiectas crimina falſa pio?
Cùm non immunis vitio ſis prorſus ab omni
    Sed maculoſa tibi menſq; manuſq; fiet.
Spicula quid vibras infrenis noxia linguæ
    Atq; probos probris exagitare ſtudes?

Cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

1233.

Cum ſit flagitij & ſcelerum qui calleat artes
Nemo tui ſimilis penè repertus homo
Inſtabilis cenſura bonos tua carpit iniquè
Infamat fictis & premit vſq; dolis
Non equidem quæ tute rudis culpaueris, illa
Protinus hoc ipſo nomine crimen habent.
Inſontem rodis, ſed fruſtra, dente maligno
Eructans miris impia verba modis.
Quiſquis enim innocuam degit ſine crimine vitam,
Haud poterit morſus is trepidare tuos.
Ergo ferox animo mendacia vana volutans
Os in verba loquax ſolue profana tuum
Non rubor inconſtans ſceleriſue infamia rectis
Confundet triſti, fæda, pudore, genas.
Nam Deus omnipotens ſemper bonitate paterna
Et fouet & munit proſequiturq; pios:
Aſt ignominiæ labes damnoſa notabit
Olim pro meritis ora pudenda tibi.
Et conturbatos trepida formidine vultus
Inſons ridebit deſpicietq; tuos.
Donec ſtricta tenens clauſtra irremeabilis Orci
Dediſcas tandem ſpargere virus atrox.
O impura, procax, furialis & effera, cunctis
O inimica bonis horribiliſq; lues
I nunc inq; pios crimen diffunde nefandum,
Et grauibus verbis corda benigna preme.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

CLARISSIMO VIRO, PRÆclara eruditione & doctrina, pietate & prudentia, cæteriſq; donis & virtutibus eximijs excellenti D. M. IOANNI NICOLAO, Præſuli Diœceſium Asloienſis & Hammarenſis vigilantiſſimo, Mecœnati ſuo: Et caſtæ ac pudicæ virgini, ANNÆ, OLAI LÆTI Conſulis Asloienſis ſpectatiſſimi, F.

Scriptum à

IACOBO OLAO ALBINO

τῆς φιλίας ergò. Anno 1586.

DVm præſul bellam ſocias tibi docte puellam,
Et thalami limen tædifer intrat Hymen:
Nos tibi gratantes, Hymeneiaq; cœpta iuuantes,
Numen adoramus grataq; vota damus:
Vt tua placato fiant connubia fato,
Fœderibusq; ratis pignoribusq; datis.
Et thalami custos, paribus Deus ignibus vſtos
Copulet, amborum concilietq; thorum.
Namq; Deo lætæ celebrantur præſide tædæ:
Sexum hic vtrumq; creat, coniugiumq; beat.
Hunc imploremus thalamiq; ad ſacra vocemus:
Qui niſi ſit præſens, vita laborat egens.
Sic olim ritum Cana celebrante maritum,
Cum vinum deerat, triſtior hoſpes erat.
At non pertæſus miſerorum limen IESVS
Flumina ſincerum dum facit eſſe merum:
Atq; exhauſta bono replet triclinia dono:
Hoſpes vina ſapit, lætitiamq; capit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

1233.

Sic animis fautor caſtis & coniugis autor
Ille Panomphæus qui regit omne Deus.
Nunc tædis adſit, fauſtasq; per omnia faxit:
Vos ſacra flamma regat, numinis vmbra tegat.
Non fera tempeſtas, ſed Sol oriatur & æſtas:
Sit vobis requies & ſine nube dies.
Tu graue ſolamen, tu vitæ dulce leuamen
In ſponſa quod ames candide præſul habes.
Tempus aget lætum comes optatiſsima tecum,
Effulgens plenis Anna pudica genis:
Anna placens vultu morum gratiſsima cultu
Quæ tibi honore parem nunc es adepta marē,
Hunc cole, qui plenas tibi laxat amoris habenas,
Coniugijq; tui gaudet honore frui.
Mutua vos tangat pietas, mala cura nec angat,
Vobis pectus idem præſtet vbiq; fidem.
Totq; Deo gratos fœcundi gignite natos,
Nupta citò mater facta, marite pater:
Auri quot plenas Tagus, & vehit imus arenas
Flumine Pactolus: quod tenet aſtra polus:
Sunt ſyluis quot aues, vaſto quot in æquore naues:
Quot dant formoſas tempora verna roſas.
Tunc quoq; corde faces flagrent in vtroq; tenaces
Cum vir erit canus, nuptaq; fiet anus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

EPIGRAMMA
In doctiſsimum Clariſsimi viri M. Halvardi super Chronica Philippi Compendium, Carmine Elegiaco redditum.

Præteritæ vitæ, vitæ præſentis imago
Est liber historicus.
Quem fortuna facit ſubſellia ſcandere ſumma,
Sors mala quem reprimit,
Annotat historia: et reminiſcens labilis ævi
Enarrat hæc peritrix.
Quæ fugienda sient, poſcat quæ libera virtus,
Hæcq́ magistra docet.
Vivere labes carens, et fauste claudere vitam,
Diſcis in historijs.
Quas niſi quis legerit myſteria pulchra Tonantis,
Haud trutinare queat.
Magnanimumq́ virum ſplendor fervorq́ potentum
Sit Labyrinthus ei.
Haud ſecus ac errat lucernæ, lumine calſus,
immemor Aetherea.
Sic indicimus caecus, sic inq́ probamus,
Qui caret historijs.
Hæc animadvertens muſarum candide fautor
Et decus Aonidum,
Grata juventuti, venerandæ grata ſenectæ
Porrigis historias
Laxata serie quæ conſcripſere vetusti
Apperis et breviter
Quid melius brevitate precor? [modo rebus aptis
Conſona verba sient
Ergò velut renanet majorum gesta, perenne
Sic tua ſcripta vigent
Et vigeant, vergens in portum Muſa Cabarinam.
Lector amande Vale.
Antidorum instar authori ſummiſsè conſecratum, ab
OLAO NICOLAI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

1233.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)

1233.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1233 4° (LN 1190)